

Brenna comiter aditus postulat a me et flagitat ut filium suum ad paterna ne-  
 gicia isthac prospiciam iturum. D. Metmaro Kenckelio venerando Consuli com-  
 mendem. In quo sane officio duo mihi reverenda sunt. Vt ne qua filius ille requi-  
 ret sine vestra dignitate alterum ne videar impudens qui de S. Domi-  
 ni mei benevolentia tantum mihi profanam et meos ineptias chartas spero in alio  
 no negotio apud gravissimum Consulem aliquid perderis habiturus. Reuerentiam  
 virtutis qua in vestro vestrum est consideratio hunc vestrum mihi scrupulum ex-  
 ercit. Nimirum modestia tam in Gaspare tanta est, ut diligenter disceptare  
 sit quid debeat, tam in D. Consule sic eadem mihi perspecta est, et non du-  
 bitem maiora etiam mihi de tua in me pietatis benevolentia polliceri. Quia  
 et hoc certe nomine gaudeo me ut id auderem a Gaspare cordatissimo vero  
 impulsam fuisse, quod hinc mihi data occasio est quoquo modo declarandi me et-  
 iam nunc grati animi memorum prosequi ea hospitalitatis tuae officia quibus me  
 priusquam Brennam appulsum humanissime complexus fouere non desististi, do-  
 nec alio vocatus mea voluntate sarcinas collegi, pro qua summa humanitate  
 et referre gratiam nequeo, ita me decet predicare omnibus aliis, et ad eadem  
 ipsa studium modestie incitare illos, quos quouis modo intelligam favore tuo die-  
 nos esse. Certe si quid vestra aquitas filio Gasparis benefecerit, vel mea vel  
 ipsius potius praestantissimi Patris causa magis cumulus tuis in me meritis  
 et mea erga te observantia accedet. Vale Duisburgi Cal. Martij 1662.

A. D. addictus  
 Johannes Molanus.

N. 114)

D. Conrado Kemheltio  
 Sen. vobis salutem.

Fax Christi

[= hscr. a. 12:  
 N. 36]

Honorande vir Conrade Kemhel. Ita ut iussus filium vobis remitto, in-  
 vitus quidem restaret enim vniuersi anni labor ad Schola nostra cursu perfici-  
 endum, et est adhuc tenera eius aetas, et mihi valde in votis erat non prius  
 eum vobis reddere, quam puerilis doctrina opus absolutum esset. Disspendium  
 aliquod comminatione attulit, sed id facile sanari poterat, et quotidie sarce-  
 batur. Tum autem cura Schola publica videtur priuatum diligentia immi-  
 nuisse. Sed quod domesticis lectionibus detractum erat, id tum lectionibus scho-  
 lasticis tam exercitijs copiose pensabatur. Sed nolo hanc disputationem ingredi  
 latius: ne actum agam, quod proverbio prohibetur. Tantum rogo pro mea et  
 ga cum fide, et meum laborem tantisper in bona partem accipias, donec res ip-  
 sa restetur omnia me boni et fidelis Magistri officia, modiciter (et capus  
 erat puerilis ingenij) prosequantur esse, quam rem sine meis responsis et episto-  
 lis, et moribus puer ipse (et opinor) ostendet. Rex qui filiam tuam tam lon-  
 ge a parentibus disinnatum inuolamem vobis seruant, benedicat puero et spolia  
 eius ad suam ipsius gloriam dirigat. Amen. Vale Duisburgi 20 Martij 62.

N. 115)

Magistro Johanni Doutermanno Casari  
 Consulario. Manuici.

Et caucaso natus videar si tuorum in beneficiorum immemor contabescam, neque  
 omne

[= hscr. a. 12:  
 N. 37]

omnem occasionem captem efficiendi, et intellegas <sup>in primis</sup> me minus esse quam ingratum. Itaque saepe dixi  
 qualem equa inaequali ratio posset dandi aliquid literarum ad te vir clarissime, qui mihi  
 olim pater archiepiscopo vicentulo pietatis coniunctus fuisi. Me miserum ubi est ardor ille  
 qui meum cor, qui tuum qui Qualteri, qui Bassiani et quorundam aliorum sodalium  
 suavissime accenderat. Non flamma aliqua opinione novata sed vero zelo amoris  
 erga Jesum Christum, ad quam certe viam advendu tu nobis dux et hortator exististi  
 pro quo summo beneficio me tibi prorsus obstrictum sentio, nec quengua habeo in hac vi-  
 ta mortali cui plus debeam. Ac proinde doleo et oramiter sero sic distinetum me  
 semper a tua consuetudine haecenus, et nullam dare potuerim vel grati animi signifi-  
 cationem. Quod quod ne id quidem scire potui quis sit status rerum tuarum? qua reli-  
 gio? qui sensus? omnino non ausus sum nisi optima sed tamen fieri interdum videtur.  
 Et semper cum gaudio receptum alibi paulatim emoriatur, alibi a spiritus consuetudine intere-  
 at, alibi conculetur. Sylvium certe audivi, armis superioribus horribili exemplo  
 extinctum esse, quem ego toties in via Lovanii apud Buschoducensem videremus,  
 matutinis horis aggressus a sua temulentia revocare conatus lacrimans lacrymantem a-  
 pplexus sum, et ex Graeco testamento aliquid recitans largum solum humanissimo ado-  
 lescenti expressi. De Bethunensi et Bassiano quid sciam sit melius nostri. De  
 tuis rebus nihil unquam potui cognoscere, neque haecenus nactus sum quocumque, cui ad te lite-  
 ras darem. Nec vero curiosus velim in alienam vitam inquirere, sed quoniam te tuo  
 merito amem mortalium omnia maxime, ferens sit oportet qui me videat de vita  
 et salute tua non sollicitum esse. Quamvis enim is semper pudor in me fuit et de-  
 fuisse sapias officio quam gravasse videri debeam, hic tamen incredibilis quidam er-  
 ga te amor omnia pudoris obstacula transcendit. Non quod exspectam ad tua pro-  
 pter sed quod audire desiderem etiamnum te stare in Domino et diligere adven-  
 tura ipsius. Qua de re et aliquid respondeas etiam atque etiam rogo. Ego postquam postre-  
 miam abs te discessi Sexennium Berona commoratus coniugem illic separatim Judicia  
 a Senatu Duisburgensi vocatus proprius ad patriam me adiuandi. Est iam sed  
 mensis supra biennium in nuper instituta Schola Christiana pro viribus operam nara-  
 mi. Vellem essent in tuis vel amicis vel civibus, qualis Crionius ille quondam in  
 quibus erudiendis mea erga te observantia testimonium aliquid edere possem. Viderent  
 certe hic tutissimam et linguarum institutionem, cum vera institutione pietatis, non nul-  
 tis amice non modum celebri, sine mala fama consequi possent. habitandi locus est a-  
 mabilissimus inter Rhenam et Rhenum tribus passuum millibus Dusseldorpiam infe-  
 rior, et Wesalia superior. Schola adhuc in principibus luctatur nondum civitatis fa-  
 mos discussit, et propter vicinas celebres scholas non facile emergere potest, cum imper-  
 sio nobis est emendandum et omnes nervi intendendi. nec mihi videamur non satis pae-  
 titer officio nostro functi esse. Ut autem scias professione nostra multo tabulas lecti-  
 onum estimatum quia non dubito de tua in me benevolentia et plurimum te nobis in-  
 spero nostro spirituali tua commendatione posse certo scio. Vale vir omnium qui vivit  
 mihi merito charissime Duisburgi postremum die Aprilis 1 1622.

Johannes Molanus

Pax Christi

M. Nicolao Gombrouck Lutetiae

Non temere metuo frater dilecte, ut meam in remittendis literis diligentiam agi-  
 deris

76  
61

Nr. 967